

non sit unum per se, sicut fit ex anima & corpore hominis: tum, quia gubernator est tantum in parte navis, non in tota nave; & non per se, sed per alios alia munia exercet: aptiusque, alij exercent, & non ille, nisi gubernaculum. Deinde illi operari possunt, quin ille operetur, nec iubeat operari; siquidem singuli in suum opus, quod possunt sine illo facere, & etiam cum illo omittere; quoniam cunctorum voluntarius motus. Anima autem est tota in tota corporis nave, per se exercens in quolibet membro naturales operationes, sese movens & alia, quin voluntarius sit visus in oculo & auditus in aure. Unde si nullum inconveniens invenit Cartesius, ex eo quod informet anima rationalis pini glandulam; quodnam igitur erit ex informatione totius corporis, cum illius sit forma specifica, qua homo dicitur rationalis? Rationalis utique non esset, si in pini glandula federet, sicut naclerus in clavo navis: equidem navis rationalis non erit, quia regitur a rationali, in clavo sedente. Navis intellectiva non est, neque esse quit: homo autem intellectivus est, quia regitur ab anima rationali intellectiva, hominis per se, & essentialiter specifica forma. Denique, corpus hominis a Cartesio dicitur vivens ex presentia animæ a glandula pini machinam corporis organizatam moventis. Unde si Angelus esset in assumptio corpore, illud corpus elicit vivens sine forma viventis, ex presentia duntaxat motoris Angeli: quod quam absurdum vel insipienti patet. Hoc igitur intuitu Raphael dixit, Tob. 12. 19. (cum prius inventus fuisset ut juvenis splendidus, stans præcinctus & quasi paratus in iter) Videbar quidem vobiscum manducare & bibere. Cartesius, ni desperet, nihil se scire secum cogitavit. Vide Suar. lib. 1. de Anima, cap. 12. Apposito Augustini. lib. de Spirit. & anim. cap. 4. Sensus verò unus est in anima, & quod ipsa: & cum corpus non sit, corporeus dicitur, quia corpus transcendit, vel quia à corporeis exercetur instrumentis. Unde & ob numerum instrumentorum quinquepertitus dicitur, cum intus non sit nisi unus: verumtamen propter varia exteriora variatur, & variè nuncupatur: dicitur namque sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia: & hæc omnia in anima nihil aliud sunt, quam ipsa, alie & alia proprietates inter se propter varia exercitia; sed una essentia rationalis, & una anima, proprietates quidem diverse, sed essentia una. Secundum exercitium multa sunt; secundum essentiam verò, unum sunt in anima, & idem quod ipsa. Hæc una est, quæ corpus vivificat, regit, moderaturque, atque illud varijs actionibus instruit, multique modis exercet. Quare ex multiplici effectu diversificque operationibus varias appellationes sortitur. Vocatur Anima, dum corpus animat, vitæ informat. Dum scientiâ ornat, ac iudicandi peritiam exercet, Mens. Dum recollit, aut reminiscitur, Memoria. Dum ratiocinatur, ac singula discernit, Ratio. Dum contemplationi insilit, Spiritus. Dum sentiendi vim obtnet, Sensus: quæ omnia animæ officia sunt, quibus potentiam suam declarat, suasque operationes exequitur. Hæc in celsissima parte corporis collocata, celoque proxima, vim suam in reliquis partes efficaciter diffundit; sed tanquam corporis forma. Unde Ambros. libell. de Dignitat. homin. post Exaëmer. cap. 2. inquit: Anima in suo corpore ubique tota viget, vivificans illud, movens & gubernans: neque enim in maioribus corporis sui membris maior & in minoribus minor; sed in minimis tota, & in maximis tota. Patet iam, iacetque error Cartesij, simulque Chalcidij Prisci Philosophi, qui apud Nicol. Nancel. Micro. ad Maeroc. analog. lib. 4. cap. 11. Problem. 5. de anima dicit: Anima, cum sit simplex, non habet quantitatem dimensionem, sed virtutalem: ideoque secundum essentiam non est in toto corpore, sed parte determinata, id est, centro cordis. Unde sine sui distensione virtutem in suis toti corpori, ipsamque sibi unitum sensificat, vivificat, movet: & sicut aranea, quæ in medio tela sua centro posita, extrema tæuetur, & percurrit, in prædam semper intenta. Rustica, vapida, insipida profectò comparatio: urbanus Cartesius confert phaselli nauclero.

Non in gl. dulacerebri.

Nec sicut gubernator in navi.

Tob. 12. 19.

Augustin.

Munia anime rationalis, & nomina.

Ambros.

Chalcidij delirium. Nancel.

Timon.

Hippocr.

Ille supercilium tollens & videri nugas. At medium digitum confectus porgere vulgo. Uti dixit Timon de Menedemo, apud Illustrium, seu Hefychium Milesium, de Philo. soph. vit. liter. M. Non ergo de sede animæ (cum sit tota in toto corpore) sed de sede mentis sit differat. Dicitur aliqui (ait Hippocrat. lib. de Cordis) quod cor de sapimus, & quod hoc est, quod angitur, & curam gerit. At totum hoc à Spiritibus animalibus è cerebro effluxit. Videtis dicta Tautolog. 8. n. 43. Sapientiam (subdit Nancelius, loc. cit.) non à corde, non à phrenibus, sive præcordijs, sed à cerebro pendere. Ex nulla aliâ

nobis parte voluptates contingunt, & letitia & risus & iustus, quam ex cerebro: it- temque morores & anxietates, tristitiaque, ac erulatus & querela: & hoc sapimus maximè, atque intelligimus, & videmus & audimus & cognoscimus turpia, honesta, mala & bona, iucunda & iniucunda. Ubi sedes inipitentie, ubi sapientie theatra. Haud cerebrum arbitror discursivum; sed cuius complexione perfectâ, animus expeditè rationales operationes exercet. Iccircò mens collocatur in cerebro. Anima, qua vivimus, fonte vitalitatis a corde: animus, quo cognoscimus, profectò à cerebro, ubi sensus, & voluntarijs motibus inest origo. Ibi enim, & non in corde, nervorum principium; quod quidem liquet nervis præcis (ut videtur in anatomica sectione) spirituum receptaculis. Ubi est nervorum origo, ibidem & animæ principatus. In cerebro ergo sedet, a quo profectò origo nervorum. In eo (inquit Galtruch. Physic. particul. p. 2. tract. 3. disput. 2. cap. 7.) spiritus animales elaborari, & per nervos, quasi per canales, inde ad organa sensuum, aliasque ad partes emitti. Huic facultati nullus alius in corpore locus idoneus assignari potest, nec aliam in finem comparatum est cerebrum. Ibi origo nervorum, per quos omnis animalitas fuit ad omnes corporis partes; ipsamque animal fit sensus motusque expert vel lesa, vel obstructo cerebro. Cor pro mente usurpatur. Cicero de Finib. inquit: Cor sapere traditur. Aristotel. lib. 3. part. animal. cap. 4. & 10. Cordi inest prædientia. Lactant. de Opificio Dei, Cor sapientia domicilium dicit. Idem Hieronym. Epist. ad Fabiolam. Homer. 7. Iliad. v. 307.

Nancel.

Mens in cerebro.

Galtruch.

Cor pro mente.

Homer.

Pro voluntate.

Ambros.

Bernard.

Acceptioes scientiam.

Quid sit disciplinat.

Donat.

Iupiter eripuit tunc illi de pectore mentem. Ast hoc consilium, prudensque in pectore mens est. In Biblijs passim: Isai. 46. 8. Reate prævaricatores ad cor. Ierem. 12. 11. Nullus est, qui recogitit corde. Interdum pro voluntate. Matt. 15. 8. Cor autem corum longè est à me. V. 19. De corde exeunt cogitationes. At ibid. cap. 22. 37. assignantur singule potentie rationales. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Idest (subdit Ambros. loc. cit. n. 4.) ex toto intellectu, & ex tota voluntate & ex tota memoria. Hæc sunt vires animæ. Secundum interiorum hominem (ait Bernard. in lib. de Anima, seu Meditat. cap. 1. n. 2.) tria in mente mea invenio, per quæ Deum recolo, conspisco & concupisco. Sunt autem hæc tria, memoria, intelligentia, voluntas sive amor. Per memoriam reminiscor, per intelligentiam insueor, per voluntatem amplector. In his igitur potentijs existit scientia animæ, de qua nobis præfens disertatio.

6 Siccine operæpretium est, scientiæ acceptiones referre. Aliquando scientia latè accipitur pro qualibet cognitione certa rei intellectæ; & aliquando prout dividitur contra intellectum; quatenus tunc scientia sit conclusionum, & intellectus principiorum ad scientiam. Aristotel. lib. 1. Poster. à text. 42. Scientia interdum dicitur collectio specierum ordinatarum in cognitionem. D. Thom. in 3. Dist. 14. Etiam sumitur pro assimilatione intellectus ad rem scitam per speciem intelligibilem, quæ est similitudo rei intellectæ. Idem, 1. p. q. 14. art. 2. ad 2. Proprie, est rem ratione, & per causam cognoscere: quæ cognitio dicitur clara & evidens, igitur res intus penetratur, cum rationes essentielles, & principium à quo est, & finis propter quem est, cum eius proprietatibus cognoscuntur perspicuè. Hinc scientia dicitur habitus demonstrativa, vel cum certitudine in cognitione (Aristotel. quò dudum, text. 5. & 1. Metaph. scientiam, cap. 1. ex quo Pavon. p. 2. Natur. Theolog. n. 248.) quatenus, scilicet scientia est demonstrationis effectus; sumptâ scientia pro iudicio certo, ex antecedente iudicio evidente, deducto. Idem, num. 394. Quandoque scientia usurpatur pro notitia, qua scimus. Unde necessaria sunt potentia cognoscitiva, obiectum & nexus utriusque: D. Thom. de Verit. q. 1. art. 9. Tuncque dicitur scientia, certitudo de agendis; ut illud Pauli, 2. Cor. 8. 7. In omnibus abundantis scientiâ: & cap. 11. 5. Et si imperitus sermone, sed non scientiâ. Hæc in acceptione scitum sumitur pro Notum, & Scientiâ pro Notitia: quod quidem proprie non est, scire, sed discere: ac per disciplinam, quæ est receptio speciei in cognitionem, ab alio aliquid ignorantia manifestata. D. Thom. 1. 2. q. 4. art. 1. in corp. & Metaph. lib. 4. lect. 5. Hæc de causa cum per sensus constat speciei illatæ certitudo, latè dicitur scientia: tuncque Scio, idest est ac Sentio, audio, video. Unde Donatus in illud Terent. in Andr. Act. 1. scen. 1. v. 13. In memoria habeo, subdit: Quasi dixisset, Scio. Audio scilicet quæ dicis. Hinc proprie scientia, si notitia accipitur activè: metaphorice tantum, modò accipitur passivè: qua

de causa Isidor. lib. 1. Different. lit. S. subdit: Scire est, reddere rationem; quam no-

Manil.

Donat.

1. Reg. 28. 1

Terent.

Oratio Achis ad David.

Geminatio pro adverbio, aut superlativo.

Plant.

Ier. 42. 19. 22.

Pro, propositi, vehementia, et effluat officia.

Tiraquell.

Manil. Quod scilicet novisse, parum est: impensius ipsa Scire iuvat magni penitus praeordia mundi. Donat. Donatus loc. cit. in illud, v. 26. Scire posses, aut ingenium noscere; inquit: Scimus, quod certum est: noscimus, quae a nobis incerta desideramus. His praemissis scientia acceptationibus: facilis ducemur in expositionem genuinam Tautologiarum. 7. Sciens scito, & nunc (dixit Achis ad Davidem) quoniam mecum egredieris in castris tuis, & viri tui. Egerat quidem Saulem inclytus virtute & armis David, quarens victor salutem ex inimicis victis, nimirum, allophillis, regnante, simulque regente apud hos Achis: qui tunc validos, maximosque delectus militum congregaverat in populum Israel, ductore huius copiarum Saule Rege, commilitonibus filijs. Cum fere utriusque exercitus mutuo in proclivitate esset, & classicum expectaret Davidi, qui illa in expeditione sub allophilo merebat, dixit Strategus exercitus incircumcisi: Sciens nunc scito, quod mecum tu cum tuis egredieris in castra. Fidem illius sciebar, quem Rex in suam receperat fidem. Hoc fere in articulo dixit ille alius, apud Terent. in Phormion. Act. 4. scen. 1. v. 15.

Ego meorum solum sum meus. Te mihi fidelem esse aequae ac egomet sub mihi, scibam. Sciens scito, quod egredieris. Longe a iudicio tuo mea est sententia. Tibi videbitur, eò quod contra populum tuum diriguntur agmina nostra, iussum iri intra praesidia, ut deferas castra. Male cogitas. Fidei tuae credo, nuncque magis virtute bellicae indigeo. Hinc hoc in articulo, nec quia ex illis es, perducendum suspicor; nec quia sub me mereris, imbellem arbitror. Ut videas, maximi facere fidem tuam, ac robar; tu & tui mecum ibitis: haud in agmine, sed in cohorte mea, meae vitæ custodes. Ita facies & nunc. Sic mihi placuit: itaque sine repugnantia fit promptissima obedientia. A me decretum sciens nunc scito.

Hæc verborum formula Tautologiam astruit; quæ quidem constat verbo & participio: pro cuius expositione notandum, quod esse alias: nimirum huiusmodi geminationem delicari æquipollenter adverbio, aut superlativo. Vide dicta hic T. 1. m. 28. 4. n. 36. 6. n. 27. 8. n. 28. Unde sensus est: Certo, vel certissime scito. Apuleius lib. 9. Metam. eodem sensu: Certo certior: ait, id est, sine ullo dubio. Homer. 14. Odysse. v. 370. Ego autem certe scio, ipse omnino valde. En superlativum & adverbium. Plaut. in Milit. Act. 2. scen. 6. v. 83. Certo sciam. Sicque passim apud Ethnicos. In Biblijs geminatio invenitur palilogice, iteratione verbi. Genes. 48. 19. dicitur: Scio sili mi, scio. Id est, profecto, plene, perfecte, ac planissime cognosco. Ita quidem sentio. Usus hæc phrasæ Plaut. in Trinum. Act. 3. scen. 2. v. 13.

Scio ego & sentio ipse quid agam: neque a me officium migrat. Ibid. v. 10. Sat sapio: hæcque Gruterus apud Taubmann. & Douza, Centur. lib. 1. cap. 10. Q. d. Scio quid ago. Terent. in Phorm. Act. 4. scen. 2. v. 22. Scio ita esse. Similiter apud Ieremiam invenitur: Scientes, scietis. Nimirum scietis quasi certissime; sine regiversione scietis. Additur aliquando per ipitulum æquivalens verbum verbo prolato in vehementiam atque conatum affectus. Ierem. 2. 19. Scito, & vide: quasi attentè sciveris. Cap. 26. 15. Scitote, & cognoscite. Deuteron. 4. 39. Scito hodie, & cogitato. Daniel. 9. 25. Scito & animadvertite. Itai. 41. 20. Ut videant & sciant & recogitent & intelligant. Usus quoque apud Profanos. Homer. 17. Odysse. v. 193. Cognosco, mente teneo: & 18. v. 227. Anima intelligo & scio. Plaut. in Captiv. Act. 2. scen. 2. v. 47. Scito scire; per infinitivum, ut Maluend. hic. Cognoscere cognoscere. Caictan. per gerundium: Sciendo scies. Idem Augusti. 16. Civ. cap. 24. Sciendo scias, Philo Biblic. per participium: Sciens scio. Gregor. Magn. Homil. 1. in Ezechiel. per geminationem verbi: Scio, scio. Pfellus de Operat. Dæmon. fol. 27. Scias enim, scias, sicut Virgil. 4. Georg. v. 447. Scis, scis ipse. Hæc itaque phrasæ signant cognitionis certitudinem. Unde quàm aliquid plene non noscitur vel quoad intellectionem vel quoad obiectum; dicitur nesciri & sciri. Terent. Heautont. Act. 4. scen. 4. v. 26. Tu nescis id quod scis. In Eunuch. Act. 4. scen. 4. v. 55. Quod scis, nescis. Plaut. in Bacchid. Act. 4. scen. 6. v. 21. Nescio etiam id quod scio. Ratio subest: igitur nihil scienter cognoscitur, quin quid, causa & circumstantia cognoscantur. Non dicitur quis habere alicuius rei notitiam, sive scientiam; nisi plene sciverit, & cum omnibus eius

eius rei qualitatibus, & circumstantijs ex sententia Glossa nota in cap. concertationi: ait Tiraquell. leg. connub. gloss. 8. n. 183. ex his patet sensus auctoritatis principalis Pleonasmij, ex verbis Achis. Q. d. Decrevi, te habere comitem in huiusmodi insigni expeditione (quod te later) unde ut praeclare te geras tuique recums sciens scito, decretum haud immutandum. Non noveras: nunc certissime scias. Sic Tigrin. ad illud Ierem. Scientes scietis, legit: Certissime scietis. Haud excusatio ignorantia: ingeratur pro muneris omissione. Non propositum meum ignores, imò sciveris: quo quidem Ilyo Athanasius altè commendat, serm. de Passion. Domin. memoriam tanti honoris, & dignationis: Scire debemus (ait) omnino, & nequaquam ignorare.

Aliter: nescio an aptius, vel deterius. Hic Scire idem est ac noscere. Unde scitum dicitur quod præscriptum, vel decretum, & ignotum illud usque obtemperaturis. Militæ parati sunt in ordines; sed ignorant, quò mittendi, vel ubi ac quando pugnaturi: quare Scire est, illum ordinem cognoscere, notà per edictum quod latebat, voluntate Superioris: quo in munere frequenter dicitur: Sciant cuncti; habità tunc scientià pro notitia. Sic Hispanicè dicitur: Sepan quantos. Se ha de ir en supposicion de que. Se ha de saber. Hæc enim scientia dicitur disciplina, qua receptio speciei in cognitionem; ut vidimus, n. 6. Huiusmodi acceptio in Sacra pagina usquequaque invenitur. Iosue. 3. 10. In hoc enim scietis, quò Dominus Deus vivens in medio vestri est. cap. 22. 31. Nunc scimus, quòd nobiscum sit Dominus. Act. 12. 11. Nunc scio verè. Eccli. 36. 19. & sciant omnes, quia tu es Deus conspèctor secularum. Sicque alia. Unde sensus verbi Regis allophili ad David, est proculdubio: Notum fit tibi decretum meum, seu voluntas firma, qua meditatus sum, quod mecum egrediaris in castra. Scitum pro instituto, præcepto, seu mandato passim invenitur. Esth. 3. 8. Insuper & Regis scita contemners. Hieronym. in Matth. 15. Ut Dei scita custodiant. Tit. Livius, lib. 1. scit. 47. Cateraque omnia publica, privatæque sacra Pontificis scitis, subiecit. Quapropter dictum olim Plebiscitum, quod a toto populo sanctum: quæ quidem vox substantiva est, non à Scio, sed à Scisso, quod est statuerè & decernere. Cicero pro Plancio, subdit: Primus legem scivit de publicanis. Sicine Plautus, in Pseudol. Act. 2. scen. 4. v. 58. distinguit Scire & sciscere, dicens: Plebiscitum non est scitius. Taubmann. Non equè scitum. Dicta sunt Plebiscita, quæ, Tribuno rogante, à plebe, sine Patritijs statuta, uti astruit Aul. Gell. 10. Noct. Attic. cap. 20. Lucan. 1. Pharsal. v. 176.

Hinc leges & plebiscita coacta, Et cum consulibus turbantes iura tribuni.

Ubi Hugo Grotius: Consules & Senatus ferebant leges, Tribuni & plebs plebiscita. Haud alio intuitu usus est Achis hoccine verbo, & eius geminatione, nisi ut Davidi clareret eius serium decretum in expeditione facta adversus Israel, sumptà in auxilium Davidis manu. Q. d. Sciens scito hoccine statutum (sensu quo Aul. Gell. lib. 7. cap. 11. Sciens, sciente animo tuo) fidei ergo responde, qua te fartum tectum ab initio custodivi. Si scis, fac. Sat, si scis. Quod ignorabas, modò debes scire, & sine ignorantia excusatione: etenim ut in leg. Quod tot. dicitur: Scire & scire debere, paria sunt.

Hæc ergo strictè non est dicenda scientia; sed, ut vidimus, notitia, actus intelligentiæ erga Regis decretum. Pro habitu accipiendum, dum dicitur: Scientia anima. Hinc Tautologia ratione subiecti, quippe solummodo anima (id est, mens, uti vidimus supra) capax scientiæ tam in actu, quàm in habitu: dos enim animæ scientia. Textus facer est huiusmodi: Ubi non est scientia anima, non est bonum. Aliqui distortè legunt: Ubi non est scientia, anima non est bonum; ut effugiant pleonasmum. Id est, male se habet anima sine ornatu intellectus, duatice scientia. Sicque illud, Non est bonum: id est, pessimum, per Miosim, quo schemate minus dicimus, quàm exprimere volumus. Carent Hebraei comparativis & superlativis, uti dixi in Prolog. Gal. §. 4. num. 5, unde utuntur negationibus pro superlativis; & pro comparativis, positivis terminis 2. Reg. 24. 14. ubi: Melius est, ut incidam in manus Domini; Maluend. legit ex Hebr. Cademus in manu Iob. 1. Reg. 15. 22. Melior est obedientia, quàm victima; idem: Ecce audire de sacrificio bonum. Marc. 14. 21. Bonum erat ei, si non esset natus homo ille. Bonum positivum, pro Melius, sicut in alijs testimonijs, Psalm. 117. 9. Bonum est, sperare in Domino, quàm sperare in Principibus 1. Cor. 7. 1. Bonum est homini mulierem non tangere. Sic Thron. 3. 26. 27. Etiam coram oculis sunt negotiationes pro superlativis. Prov. 17. 26. Non est bonum, damnum inferre iusto, id est, pef-

Prima tæta positio. Tigrin.

Athanas.

Scitum pro notitia.

Secunda expositio. Pro decreto, aut statuto.

Hieron. Tit. Liv.

Cicero

Lucan.

Hug. Grot.

Aul. Gell.

Prov. 19. 2.

Miosim

Positivus terminus pro comparativo.

Et pro superlativo negatio positivæ.

pessimus est; sicut Ieremia, 14. 19. *Expectabimus pacem, & non est bonum* Marc. 7. 27. *Non est enim bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Similiter. 1. Machab. 2. 21. *Non est nobis utile, relinquere legem & iustitias Dei.* Hoc est, gravissimum nobis. Apud Profanos huiusmodi stylus dicitur *Liptote*, qua figurâ propter renitentem significationis, termini rei magnitudinem non respondent: ut illud Virgil. 1. *Aeneid.* v. 634. *Non ignara mali, pro scitissima.* Sic enim dicitur *Illaudatum*, pro *pessimo*: *illiberalem*, pro *fordidissimo*: *Inamabilem*, pro *valde odioso*, ut videtur pessimus apud Aul. Gell. lib. 2. cap. 6. Macrobi. lib. 6. Saturn. cap. 7. Homer. eodem quo Scriptura stylo, 18. Odyf. v. 286. *Non enim bonum est, renuere donationem.* Ubi magis fulget in Scriptura huiusmodi schema, est in *Euphemismo*, quo res turpes decore & pudicè signantur, ut illud Pauli, dudum: *Bonum est homini, mulierem non tangere*, de quo egimus alibi. Itaque sensus nostri testimonij erit: Pessimus est anima, carere scientiâ: vel gravissimum est homini; sumptâ animâ pro cuius est anima: egimus, *Tautolog.* 2. n. 37. ubi videris testimonia.

II Si presè accipitur *Anima*, sensus est: infelix profectò homo, qui necesse sit; igitur valde infautus sine animæ scientiâ, quippequàm in vanum videtur accessisse animam. *Qui nescit animam suam, non est ei bonum*: Chald. *Qui nescit seipsum, male cadet ei.* Arab. *Malum sanè, hominem in illa nescire quid habeat, & quam pretiosum sùm cum ipsa substantia rationalis vel in puris naturalibus, sit pulcherrima. Qui anima sua ingentiam dignitatem & excellentiam non callent; nihil boni se habere agnoscunt: perinde est ac si illam non haberent* (ait hic Salazar, n. 5.) *sicut is, qui lapidem pretiosum apud se habet, quando illius estimationem & valorem non agnoscit.* Nihil differt ab illo qui non habet, quicunque momenta talia & tanta non cognoscit. *Divinum documentum* (inquit Agaperus, *Admonit.* ad Iustinian. Imper. n. 3.) *ut cognoscit se quisque, Qui enim seipsum cognoscit, cognoscet Deum: Deum verò qui cognoscit, assimilabitur Deo: assimilatur autem Deo, qui dignus factus Deo est.* Hæc scientiâ magni ducenda est. Unde Bernard. quò sup. n. 5. inquit: *Multi multa sciunt, & seipsum nesciunt: alios inspicunt, & seipsos deserunt.* At quomodò ita videntes cœcutiunt? Dicit idem de *Interiori domo*, cap. 10. n. 1. *Multi querunt scientiam, pauca verò conscientiam. Si verò tanto studio & sollicitudine quaereretur conscientia, quanto quaeritur secularis, vana scientiâ; & citius apprehenderetur, & utilius retineretur. Cogitare namque de conscientia, est sensus consummatus; & qui custodit illam, semper erit securus. Salvo à reverentiâ scientiâ; utilius est, currere ad conscientiam quam ad scientiam; nisi scientiâ illa sit, qua adificet conscientiam: tunc enim se intelligit anima: tunc enim illustratur, cum in se Deum, & in Deo mutuâ revolutione seipsam receperit imago, creata. O quam pretiosa scientiâ, per quam pervenit anima in altitudinem scientiâ & scientiâ Dei!*

12 Hæc scientiâ fugit, modò alte sapiat de se homo: tuncque non est animæ scientiâ, sed fatuissima ignorantia: non cognitio, sed infatuatio; qua homo stultus factus est, & a scientiâ. *Ne admireris*: legit Dyr. ad illud Salomonis *Ecclel.* 7. 24. *Sapiens efficiat, Symmach. Existimavi, sapiens fieri.* Unde cum huiusmodi ampullosè cogitantine, scientiâ in propria duntaxat æstimatione: sicque subdit: *& ipsa longius recessit à me multò magis, quam erat.* Hæc enim embolia molitur vasa philautiâ, quæ videntem traducit, dum se cæcum non agnoscit. Hinc loc. cit. v. 17. à Salomone dicitur: *Neque plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas.* Obstupescit enim homo scientiâ inflatus, & huius vento distentus: dum alta præsumit, cadit. *Noli altum sapere, sed time.* Rom. 11. 20. *Præcipitium non ignorat, qui in altis habitat: vacuque capitis in vertiginem fit, qui ambulat in magnis & mirabilibus super se.* An, qui multa literæ multos ad insaniam convertunt? An, quia ut ait Seneca de *Tranquill.* cap. 15. *Nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ est?* Placidè multi audirent notam amentiam, modò his expensis ingenij notam obtinerent magni.

Nec trepidans dixerim, illos qui sibi sapientes videntur esse, indagatores, artificesque vocum; Stultos maximè esse iudicandos.

Succinit Euripides, in *Medea* v. 1225. Hinc Prov. 3. 7. *Ne sis sapiens apud temetipsum;* quippe si apud temetipsum, nequaquam sapiens, sed stultissimus omnium. Accidit perisique, quod Hermogeni Tarsensi, de quo Helych. quò sup. num. 4. inquit: *In pueritia tanto fuit differendi acuminis, ut natus annos non amplius quinacim, fama*

Liptote.

Romer.

Euphemis-

gus.

Chald.

Cognoscere

quanta sit

pretiositas

anima, ho-

mini utile.

Salaz.

Agapet.

Bernard.

Et etiam

cognitio co-

scientiâ.

Idem.

Ecclel. 7. 24.

Non est sa-

pienti qui

sapienti sibi

videtur.

A& 26. 24.

Senec.

Euripid.

ma sui nominis Marc. Antonium principem ad adiutorium excitaverit, ab eoque non pœnitente tulerit munera: accedente vero ætate, tanta illi oborta est stupidiâ; ut omnibus esset ludibrio. *Gratillud ad nomen eius alludens, cum à patre degenerare dicebat: quòd cum Hermogenes (hoc est, à Mercurio genitus) esset; nec micam paternæ eloquentiæ haberet. Antigonus Sophista ita cavillabatur: In infantia fuisse senem, in senectute infantem.* Cautam adstruximus, *Tautolog.* præced. n. 54. De Gallo Vibio ait Gæl. Rhodigin. lib. 11. cap. 13. *Tam magne fuisse eloquentiâ, quam postea insanie: cui boc accidit uni, ut in insaniam non casu incidere, sed iudicio perveniret. Nam dum insanos imitatur, dum lenocinium ingenij furorem putat, quod assimulabat, verum fecit.* Sumptis è Seneca, *Controvers.* 9.

13 Huiusmodi detestabilis amor dicitur à Seneca, de *Tranquill.* cap. 1. *Bonæ mentis infirmitas; quia familiariter domestica aspiciunt, & semper iudicio favor officit. Quis sibi verum dicere ausus est? Quis non inter laudantium, blandientiumque postus greges, plurimum tamen sibi ipse assentatus est? Haud tantum arbitror infirmitatem, imò inficior bonam mentem.*

Sic nimium sapere, stultum facit improba scientiâ. Canit Tertullian. *Carm. in Senator.* v. 63. *Hac non est scientiâ animæ, sed inflationis qua amittitur scientiâ.*

Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit. Martial. lib. 14. *Epigr.* 210. *Sapienter sapit: ait Plaut. in Pœnul. Act. 3. scen. 2. v. 29. igitur sapiens, qui se non miratur, sapit; & qui se plaudit etiam si sapiat stupide desipit: Plus, quam opus est scito, scit: ait Terent. in Phorm. Act. 4. scen. 1. v. 18. unde in ebrietatem ducitur à philautiâ. Nihil gravius (ait Clemens lib. 5. *Recognit.* in princip.) *si id quod ignorat, quis scire se credat: sub specie scientiâ ignorantia vehementius radicata est. Tale est, quale si quis ebrius sobrium se putet; & agat quidem cuncta, ut ebrius sobrium se tamen & ipse putet, & dicit à cæteris velit. Inuit Isaias: Sapientes in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes: potentes: potentes bibendum vinum, & otri fortes ad miscendam ebrietatem. Longum, singulari ebrius bibit amorem, qui se sibi fingit sapientem; & haberi vult, quia fingit: quæ quidem prurigo maximè ad hæret sciois timidus, à forte cæcitas in dignitate positus; quandoquidem sese extollunt (nec sine risu, aut derisu circumstantium) auctodidactos, summèque sapientes, quos agnovimus duntaxat lethiophoros vespillones. Vernacule: *Echacantos, Munigotes.* Quid si audirent! Mittere profectò ad corvos. Temulentia est ex tumescens cerebro malaciâ scientiâ fastu nimio cerebrato. Unde cum in ebrietatem urgeat philautiâ festivitas; in singulares erumpunt manias, in vanitates & insanias fallas. Unde apud Nostrates venit proverbium *Echacantos?* dicit Gæl. Rhodigin. lib. 17. cap. 2. subdens: *Antoniani militibus ex Partibus redeantibus, verbam esse compertam, qua letibiferam concinnaret insaniam, sic ut vescentibus inumberet opus unam, lapidem scilicet movere omnem, ac versare; quàm præterea nihil aliud memoria inbareret. De fructu quodam in Sotternym, narratur, §. p. *India Oriental.* fol. 34. quòd copiosè nimis, qui comederant, quasi mente capti & fascinati miserandum omnibus spectaculum præbuerunt. Quidam adversus cubiculum suum pugnantem, multis illud repletum esse peregrinis dicebant; qui sese introitu prohiberent. Clamabat alter, *Lemures* è cubiculo suo removendos esse, qui se quisquere non permetterent. Alter anteriorem navis malum ascendens, sedere ibi cacodæmonem, captivatis piscibus intentum. Clamabat alter letabundus, *Deum se cum Angelis eius omnibus videre: alter contra tremens, gemensque, diabolum sese cum universis socijs eius sibi adversantem habere dicebat. Erat qui obvium habere se dicebat quendam, qui brachio altero virginum; altero verò adolescentum catervam gestaret. Clamabat alter, à serpentibus se affligi & cruciari misere: & sanè eiusmodi ineptiæ multe & variæ, quæ quidem risum movere alijs satis multum potuissent; si tam facile in integrum eos restitutum iri novissent. Frustris prunis nostratibus minoribus similes erant, teneriores nucleos habentes; quorum maximè hæc operatio fuerat, quæ donec in somnum prolaberentur, diutius non durabat. Si prunus esca (uti aliqui autumnarunt) in peccatum Adami, ut ex sapiente voluntariè fieret stultus; sciois inflati demonstrant insanij medicatam escam: igitur dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Claret inebriatio, qua quisque tumet, & infirmitas non bonæ, sed inutilis mentis: etenim scientiâ anima ignorat, quicunque per scientiam in viam suam declinat,****

Hermogenis
sapiencia
Helych.

Idem in
Gallo Vibio
sed mirè
causa.
Cæl. Rhod.

Senec.

Tertull.

Martial.

Infirmitas
mitis amor
sui.

Terent.

Clem. Rom.

Isai. 5. 21.

Cunctio
indignorum
præsumptio
scientiarum.

Singulares
manis ex
estu prunis
singularis.

Marc. Got.

Symboliâ
Philautiâ.

14 Difficilis sanè philautis cognitio sui, scientia nimirum animæ: pauci itaque sunt, qui nesciant quod sciatis & paucissimi, qui sciunt quod nesciant.

Omnia pro veris credam, sint scilicet licet.

Cur ego non votis blandiar ipse meis?

Ovid.

Philautis si se non videt nil videt. Senec.

Ovidius, 2. Amor. Eleg. 11. Plus periculi est in ignorantia, quam in esca virulenta. Quidam (inquit Senec. 1. 99. natur. cap. 3.) hoc genere valetudinis laborant; ut ipsi sibi videantur occurrere, ut ubique imaginem suam cernant. Infirma vis oculorum. Profecto miserabili laborat infirmitate, qui sese respicit & ubique, nihil cuncta illi videntur, si non se videt in cunctis: seseque videt, si in ventum lumina tendit. Magis quam in oculis, est vitium emotæ mentis, laborantibus ægris hoc genere valetudinis; quousque scientia animæ, dum desipientes & stulti aliquando sapiunt, per sanitatem quam ingerit, imaginem ipsorum ad nihilum redigit. Refert Aristoteles de quodam, qui suammet imaginem, sive simulacrum, in aëre sibi, quasi in speculo, propter oculorum vitium, semper obversari existimabat. Maiol. Tom. 2. Colloq. 3. fol. 447. Huiusmodi vitium peius intra cerebrum. Qui sapit scit, quanta scienda restant, parvumque objicit se vel oculis suis; igitur etsi alij videant eminentem magnitudinem, scit tamen, sensibile iuxta sensus impedire sensationem. Unde cum Menedemus, cæco insignis Philosophus, sese ut talem non agnosceret, iure se cecum idiotam appellavit. Hefych. ubi supr. Aliter sed eodem intuitu referunt S. Maxim. serm. de Ignorantia, & Plutarch. de Profect. in virtut. Hic enim inquit: Ad gloriam Philisophia nonnulli contendunt insulse & violenter. Qui verò ingressus est intro, ac lumen aspexit ingens, sicut cum pandantur adyta; tunc alio modo componit se, silet, contremisit, ac doctrinam, quasi Deum demissus, ac modestus consecratur. In hos quadrare apparet, id quod dixit Menedemus: Navigare, ait, complures studiorum causâ Athenas: Sapienter primum, inde fieri Philosophos, mox Oratores, progressu temporis tyrones, atque quo magis imbuti literis sint, eò arrogantiam magis & fastum deponere. Maximus inquit: Postremò Idiotas. Terigit apicem sapientiæ & scientiæ animæ, quum sapientes deseribit cognitione sui: nihil itaque amplius firmat veram sapientiam, quam sapientem, atque doctum sese confiteri idiotam.

Maiol.

Hefych.

Plutarch. Vera scientia scire, nescire S. Maxim.

Scientia animæ cur bona, aut mala conscientia? Bernard.

1. Tim. 4. 2.

15 Ni fallor, in testimonio tautologico latet utilior, profundior sensus. Scientiam animæ arbitror conscientiam, vel sanam vel infirmam, sine cuius cognitione malum est animæ. Si sana, quia solamen testimonium conscientiæ, ut anima stans videat, ne cadat. Si infirma, ut pharmacis penitentiæ factorum, furgat & valeat. Anima (inquit Bernard. de Interior. dom. cap. 15. n. 27.) cum de corpore egredietur, nullum alium præter conscientia sua librum secum portare poterit, atque in illo cognoscere, quod debeat ire, & quid debeat recipere. Aliqui, uti inquit Paulus, 1. Tim. 4. 2. habent cæcæritatem conscientiam: qua obtusa vel percussa non dolent, sed exultant; atque cubare sentibus, delicias comparant. Audiendus Ethicus lib. 3. Metham. fab. 1. Serpens sine vulnere mansit, Loricæque modo, squamis defensus & atræ Duritiæ pellis, validos ante repullit istus.

Ovid.

Conscientia cæca quæ?

Bernard.

Propert.

Quam periculosa, & quæret

Isid. 46. 8.

Sunt impij (dicitur Eccl. 8. 14.) qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. Causa præmittitur, v. 11. Etenim quia non profertur citò contra malos sententia absque timore ullo filij hominum perpetrant mala. Hæc infelicitas vacuitatis scientiæ animæ, effectus ignorantie malignæ. Cum verò ita res sit, sic est, quasi non ita sit: quod est miseria super miseriam: subdit Bernard. cap. 19. num. 36. Ludit & dormit animus quasi securus. Ridet, quippe in dente conscientie non est morsus. Deus, dicit insipiens in corde suo, non requirit. Palm. 9. divis. v. 13. Væ impio in malum. Arguatur ab Ethic. 1. lib. 1. Eleg. 15. v. 37. Et contra magnum potes bos (oculos) attollere Solem? Nec tremis admittis conscia nequitie? Tandem tandem fit discussio: disrumpuntur inflati sine voce, sine excusatione. Veniunt etenim in cogitatione peccatorum suorum timidi, & tradunt illos ex adverso iniquitates illorum. Penas luunt merito affectatæ ignorantie, qui thesaurizarunt sibi iram in die vindictæ. Hinc constat, quantum malum homini, cui non est scientia animæ. Si modò esset, sese vulneratam sentiret, remediaque quæreret. At quomodo quæreret, dum cor ignorantem dereliquit? Redite prævaricatores ad cor, ut vivatis; nequit esse sanquam in penitentiæ motus, ubi cordi non est sensus. Ut au-

tem voto potiamini in misera ac miserabili vita; haud alia schola nisi animæ scientia. Astruit quò dudum Bernard. cap. 15. n. 27. Multa sunt scientia hominum: sed nulla melior est illa, qua cognoscit homo seipsum. Quamobrem redeam ad cor meum, & ibi stare assuescam; ut totam vitam meam possim discutere, & meipsum cognoscere.

16 Scientia autem animæ corporis opponitur scientiæ. Inimicæ prorsum scientia quoad honestum & quoad sensitivum scientia. Male est homini, quandiu scientiam habuerit quoad sensus; quia filij huius sæculi calidiores filij lucis sunt. Hæc dicitur scientia carnis, & prudentia carnis: siquidem principij sensus suas efformant conclusiones, unde sapientes, seu potius stulti. Quare 1. Cor. 1. 19. dicitur: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. Haud sapientia, prudentiæ erat, sed stultitia, quæ quidem sapientia & prudentia vana, à vanis, mundi sectatoribus placita vti vera: & vera vti stulticia deplosa. Namque in Dei sapientia (subdit Gentium Doctor, v. 21.) non cognovit mundus per sapientiam Deum; placuit Deo per stultitiam prædicatum salvo: facere credentes. Sic itaque dicitur: Nemo in sapientiam seducat. Siquis videtur inter vos sapiens esse; stultus fiat, ut sit sapiens. Carnem trucidet, concupiscentias ingulet, appetitus suffocet, radicem vique secet, vitia odert, quò exultat rationalis, etsi iuxta carnis scientiam videatur stultus. Ita ergo scientiam eorum stultam fecit Deus: Isai. 44. 25. Nihil mirum; Prudentia carnis inimica est Deo: Rom. 8. 7. Haud hæcine scientia animæ aut sapientia. Non est enim ista sapientia desursum descendens (ait Iacobus, cap. 3. 15.) sed terrena, animalis, diabolica. Verum unde? Signat Ieremias, cap. 4. 22. Sapientes sunt, ut faciant mala. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Fallunt & falluntur. Ex his autem qui declinant à veritate, alij quidem seipso solos, alij verò propinquo quoque conantur fallere. Atque hi quidem qui appellantur Doxosophi, hoc est, opinionis sapientes, qui se veritatem invenisse existimant (inquit Clem. Alexand. Stromat. lib. 7. cap. 9.) nullam habentes veram demonstrationem, ij seipso decipiunt, se acquivisse existimantes; quorum non parva est multitudo, & quæstiones declinantium propter confusationes, & doctrinam vitiantium propter condemnationem. Qui autem eos, qui accedunt, decipiunt: sunt valde callidi & astuti, qui etiam si satis assurgunt se nihil scire, probabilius tamen argumentis obsecrant veritatem. Fugiant enim, ne constet nihil scire huiusmodi scientia, vel ne appareat ipsis affectis stulta: equidem vti de Finib. ait Cicero: Nequicquam sapit, qui ipse sibi prudesse aut nequit, aut nescit.

Tres caro, & immundus Mundus, Satanasque, Sophista.

Hic logicus, reliqui Rhetores ambo boni.

Accinit Ovven. lib. 3. Epigr. 21. Hi sunt moderatores sine moderamine cathedræ stolidissimæ alleceticæ scientiæ. Longè abest scientia animæ. Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam verò non huius sæculi, neque principum huius sæculi, qui destruantur. 1. Cor. 2. 5. 6.

17 Ictico scientia animæ dicitur à Salomone Scientia vera, tum in physicis, tum in moralibus. Quoad scientis modum, D. Thom. in illud Pauli, 1. Cor. 8. 1. Scimus, quia omnes scientiam habemus, lect. 1. subdit: Requiritur scire hauriliter sine inflatione, sobrie sine presumptione, certitudinaliter sine hesitatione, veraciter sine errore simpliciter sine deceptione, salubriter cum dilectione, utiliter cum edificatione, liberaliter cum communicatione, efficaciter cum operatione. Quoad substantiam vera scientia dicitur, quia sine errore quæ à Deo infulsa conceditur: neque enim ulla scientia à fallacia libera est, nisi quæ desursum descendit; ut patet in sacris paginis. Et quidem qui hæc (dogmata) dicunt certè (inquit Plutarch. quò supr. num. 14.) rursum multum sibi præbere negotij, hesitationeque ingentes; quod non dùm quisquam evasisse se comprehenderit sapientem; verum fluctuet, ignoratque: eò quædam quedam detrahat; quædam adiciat. Scientia autem à Deo revelata minimè fluctuat. Unde dicit Deuter. 4. 2. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec aufertis ex eo. Sic enim sacra venerabantur vel Ethnici. Plutarch. in eius vit. de Paulo Emilio ait: Sacerdos factus, omnia peritè ac studiosè agebat, eoque munere fungens, nihil omittebat, nihil novi moliebatur. Horatius lib. 1. Satyr. 1. v. 120.

Iam satis est; putes: verbum non amplius addam.

18 Salomon dicit sibi datam scientiam veram & ex parte obiecti propter entitatem, & ex se propter intelligentiam atque cognitionis certitudinem, scientiæ constantem veriusque nexu, vt diximus, num. 6. Parum sanè intelligere, ni etiam accesserit iudica-

Bernard.

Scientia mundi stultitia.

1. Cor. 3. 18

Quæ vera scientia? Isai. 44. 25.

Clem. Alex.

Moderatores cathedræ mundanæ scientiæ. Cicero.

Ovven.

Sap. 7. 17. Modus scientiæ qui utilis. D. Thom.

Sine fallacia a Descentia, quæ infulsa.

Plutarch.

Idem.

Horat.

dica-

Plaut.

dicare. Hinc Plaut. in Rudent. Act. 4. scen. 7. v. 3. Si sapias, sapias: id est, capias: iudicaveris, quod intelligendo cognoveris. Physica enim scivisse sine errore altruit Salomon. Ipse enim (ait) dedit mihi horum que sunt, scientiam veram; ut sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium & consummationem & medietatem temporum, vicissitudinum permutaciones & commutationes, anni cursus & stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum & cogitationes hominum, differentias vitulorum & virtutes radicam: & quecumque sunt absconsa & improvisa didici. Omnium enim artifex docuit me Sapiensia. Plures maxime ethaicorum affectaverunt huiusmodi scientiam, quos Paulus vocat, 1. Cor. 1. 20. Conquistores huius seculi. At quantis erroribus, & buccis crepantibus! Ride si lubet. Virgilius, 2. Georg. à v. 475. canit:

Me vero primum dulces ante omnia Musa
Accipiant, cœlique vias, ac sidera monstrant,
Defectus Solis varios, Lunaque labores:
Unde tremor terris, qua via maria alta tumescant
Obicibus ruptis, rursusque in seipsa residant:
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles
Hyberni, vel que tardis mora nocibus obset.

Virgil.

Ethnici vni conquistores seculi.

Alios secretorum mundi curiosus scrutator occurrit. Animus omnis cogitationis expers, operibus suis vacat, & modo se levioribus studijs (dicit, uno minor love,) turgidus se super se ferens Stoicus Cordubens. de Consolat. ad Heloiam, cap. ult.) oblectat, modo ad considerandam suam univèrsique naturam, veri avidus insurgit. Terras primum, situmque earum quarit: inde conditionem circumfusi maris, cursusque eius alternos & recursus: Tunc quicquid inter cœlum terrasque plenum formidinis interiacet, perspicit; & hoc tonitribus, fulminibus, ventorum flatibus ac nimborum, nivisque & grandinis tactu, tumultuosum spatium: tum etiam peragratis humilioribus, ad summa prorumpit, & pulcherrimo divinorum spectaculo fruitur: æternitatisque sua memor, in omne quod fuit, futurumque est omnibus seculis, vadit. Confer hæc cœne saltem voce sublimia cum indignis assentionibus ad Polyb. Rider argumentum otiosus ab amore Propertius, lib. 3. Eleg. 5. à v. 25.

Senec.

Tum mihi nature libet perdiscere mores:
Quis Deus hanc mundi temperet arte domum?
Qua venit exorians, quâ deficit, unde cœlestis
Cornibus in plenum mensura Luna redit.
Unde salo superant venti, quid flamine capiet
Euras, & in nubibus unde perennis aqua,
Cur serus versare bobes, & plaustra Bootes,
Pleiadum spisso cur coit igne choros.
Curot suos fines altum non exeat aquor,
Plenus & in partes quatuor annus eat, &c.

Propert.

Refert isthæc & similia de Mallio Theodoro in Panegy. eius consulatus, à vers. 98. Claudianus.

At quoties elementa doces; semperque fluentis
Materia causas: qua vis animaverit astra,
Impletique choros; quo vivat machina motus,
Sidera cur septem retrò nitantur in ortus
Obluctata polo, variisque meatibus idem
Arbiter: an gemine convertant æthera mentes:
Sintne color proprius rerum, lucisque repulsa
Bludant aciem: tumidosque Luna recurfus
Nutriat Oceani; quo fracta tonitrua vento.
Quis trahat imbriferas nubes, quo sacra creëstur
Grandinis, unde rigor nivibus, que flagra per auras
Excitant rutilos tractas, aut fulmina velox
Torqueat, aut tristem figat crinita cometen.

Et fastidi.

Claudian.

Denique gloriabundus Manilius sibi blanditur, quasi arcana cœli mortalibus expositurus, succinquitque varijs in locis, maxime lib. 1. Astronom. cap. 1. à v. 13.
Hoc sub pace vacat tantum: inuat ire per ipsam

Astra,

Ætera, & immenso spatiantem vivere cœlo:
Signaque & adversos stellarum noscere cursus:
Quæque regat, generetque suis animalia signis
Cernere; & in numerum, Phebo modulante, referret;
Sublimes aperire vias; unumque sub orbem
Et per inane suis parentia finibus astra,
Nominaque, & cursus signorum pandere vires.

Manil.

19 Sat de physicis, quorum nullos horam balatronum, in cunctis & circa cuncta digladians bombax, habuit scientiam veram, sicut Salomon adeptus. At quia in scientiam animæ; inquirendum, curnam hæc dicatur scientia vera? Vera scientia dicitur, quia nisi in animæ fructum, nolla (quippe fallax) scientia. Terrena sapere, desipere est. Plus deficit, quam proficit; qui in literis proficit, & in moribus deficit. Vera est animæ scientia: haud quia alie scientie falsæ, etsi opinionibus falsis obnoxia; sed quia verum dicimus, quod præstans, generosum in specie, quæ obijcitur, ut semen bonum, electum & selectum vocatur verum. Aul. Gell. lib. 12. cap. 5. Ea vera & proba fortitudo est, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum & non tolerandarum. Verum bonum, idem esse ac perfectum & plenum: qua de causa de bono fucili vel apparente dicit Seneca, de Otio sapient. cap. 32. Imperfectum ac languidum bonum est, in otio sine actu profecta virtus. Sicine ut magis extollat scientia veritatem, vel exprimat quam veram scientiam; per negationem (de qua locuti sumus supr. n. 10.) Maluenda legit: Dedit bonum scientiam baud falsam: in huiusmodi scientia, uti cœlestis infusa, inesse nequit suspicio erroris aut fallitatis, sicut in scientijs industriæ atque labore acquisitis. Ideo dicitur: Ipse dat sapientiam sapientibus, per hylteron-proteron. Id est, dat hominibus sapientiam, ut sapientes fiant, & coram alijs uti sapientes appareant: tuncque verè sapientes, quia Theodidacti. Econtrâ verò Perdit sapientiam sapientium, & prudentiam prudentiam; quia verâ scientia ostendit, illos qui habebantur uti prudentes, insulos: ac sapientes, quasi stolidos. Nimis esse callidum, non est sapientia: ait vel Profanus in Bacchis, v. 393. Bernardusque de Gradib. superb. cap. 10. n. 30. Sapere malum, sapere non est, sed desipere.

Scientia in terrena falsas.

Verum præfecto.

Quid est fortitudo? Aul. Gell.

Senec.

Maluend.

Dan. 2. 21. Historiologia

1. Cor. 1. 19

Euripid. Bernard.

Scientia præctica virtutis verè scientia.

Ovven;

Quid tibi neglectâ virtute scientia prodest?
Desine iam verum quærere, quare bonum

Uti dicit Theologastro cuidam sophistæ ac sycophantæ Ovven. lib. 3. poster. Epigr. 5. 1. Sic ergo totus Plalmus 118. didascalus est; quippe in illo & tota lex, & literarum Hebraicarum elementa, sicut etiam in Vulgata habemus Threnos. Ita asserit & interpretatur Hieronym. Epist. 155. ad Paulam Urbicam, mirèque expositionem ornat Ioann. Niell. in Alphabeto Christi. verb. Amor Dei, n. 1. sed uberius Maximilian. Sandæus in Pædij, Commentation. 1. Literis sanè scitur: literisque meditato lex observanda iungitur; quia vera scientia, scire vivere iuxta Domini legem. Apposite descriptum in symbolo, de quo in Heroic. Silvest. à Petra-Sancta, lib. 9. cap. 4. igitur cunctis Alphabeti elementis additus fuit character, quo aspirationis loco utimur, nimirum H. cum hacine epigraphæ. Si cæteris addar. Apprimè quidem in proposito nostrum aspirationis elementum pro virtute ac vivida affectione literarum: igitur in scientia animæ sine huiusmodi litera non sunt literæ; eequidem omnes nullæ sine aspiratione. Mortuæ sanè in veram scientiam, quæ non deservunt ad vitam,

Vera scientia anima vivere iuxta legem.

PetraSancta. Nulla litera sine virtute.

Ruteau;

Intima nosse sui cordis penetralia, & eius
Impositio motus flectere nosse iugo;
Sanctorum est divina scientia, tutior omnî
Sive tuâ Plato, sive Lycurgo tuâ.

Canit Benedictus Ruteau ad Schol. Cord. Hæticæ. Hoc enim intuitu dicit Dominus; illum toto corde querenti: Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham. Litera Hebraice, H Latine, uti vita cæteris nominis præci addenda est: etenim litera aspirationis est forma cæteris literis. Pridem florebat secundum Tom. V. Tit 2 ele.

Gen. 17. 5.

Literæ in it. elementa mundi (ut ait Paulus Coloss. 2. 8.) literatus: modò hæcine literæ & celo iam adspirant & à celo doctus. Innuat de Gigantib. Philo. Abram quando barebat opinionibus Chabrationis dæorum, & nondum mutato nomine vocabatur Abraham; homo cæli erat, sublimis, & æthere nature scrutator, in effectibus, eorumque causis philosophando: ex quo studio etiam appellationem sibi quaesivit, ut Abraham diceretur; appellatione sciencæ homini consideranti sublimia & cælestia perquam accommodata. Verùm quando iam seipso melior, nomen erat maturatus, ex homine cæli factus est homo Dei iuxta redditum sibi oraculum.

21 His enim literis homo doctus: aliter, ut dicit Sophocles in Tiresia in Oedip. Tyrann. v. 321.

Sophocl. Heu, heu, sapere quam grave, ubi non utile est sapienti! Sic enim rectè ego sciens perij.

Euripides in Baccis, v. 331. Et sapiens nihil sapit. Aptius loquitur Apostolus: Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Unde, nescio quis, iurè cecinit.

Christum si nescias, nil est, si cetera discis: Christum si discis, nil est, quòd cetera nescias.

Audiendus Bernard. serm. 36. in Cantic. n. 3. Qui se putat aliquid scire iuxta Apostolum, nondum scit, quomodo oporteat eum scire. Vides quoniam non probat, multa scientem, si sciendū modum nescierit: Vides, inquam, quomodò fructum & utilitatem scientiæ in modo sciendi constituit? Quid ergo dicit Modum sciendū? Quid nisi ut scias, quo ordine, quo studio, quo sine quaque nosse oporteat. Quo ordine, ut id prius quod maturius ad salutem. Quo studio, ut id ardentius, quòd vehementius ad amorem. Quo sine, ut non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad adificationem tuam, vel proximi. Sunt namque qui scire volunt, eo sine tantum, ut sciant, & turpis curiositas est: & sunt qui scire volunt, ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est: & sunt item qui scire volunt, ut scientiam suam vendant: & turpis questus est: sed sunt quoque qui scire volunt, ut adiscant: & charitas est: & item qui scire volunt ut adificentur: & prudentia est.

22 Hæc dicitur Scientia salutis, Luc. 1. 77. Scientia veritatis, 2. Tim. 3. 7. Vera sapientia sequi cælestia dona, conceditque Deus horum avidè studiosis; quia non habitabit in corpore subdito peccatis. Sapient. 1. 4. Dat Deus Sapientiam sapientibus, & (idest) scientiam intelligentibus disciplinam. Prius enim sapientes debent esse inquisitione boni, quam discipuli, postque magistri ad illustrationem veri: qui intelligit disciplinam in veram pervenit scientiam. Est enim nobis maior studio & cura perferenda, ea que verè est veritas, qua sola versatur circa eum qui verè est Deus: subdit Clemens Alexandrin. quo sup. n. 16. Hanc vocat Paulus Eminentem scientiam Iesu-Christi: qua quidem imbuatur anima florentibus ratione, voluntate & memoria. Dignum habitaculum parat Deo (inquit Bernard. in Dedicat. Eccles. serm. 2. n. 3. & de Interior. domo, cap. 1. n. 7.) cuius nec est ratio decepta, nec voluntas perversa, nec memoria inquinata. Sapientia non est in literis. In supervacuis subtilitatis teritur (ait Seneca, Epist. 106.) non faciunt bonos ista, sed doctos. Apertior res est Sapere: imò simplicior. Paucis opus est ad mentem bonam literis: sed nos ut cetera in supervacuum diffundimus, ita philosophiam ipsam. Quemadmodum omnium rerum, sic literarum quoque intemperantiâ laboramus. Non vite, sed scholæ discimus. Vix enim studendum in observatione mandatorum. Unde Horat. de Arte, à v. 396.

Fuit hæc sapientia quondam Publica privatis secerare, sacra profanis. Concubita prohibere vago: dare iura maritis.

23 Haud scientia animæ est, qua voluptati, vitijs, vel etiam vanitati deservit, vel potius hæc cuncta docet. Quapropter Apostolus alloquitur hic Colossenses: Vide ne quis vos seducat per philosophiam & inanem fallaciam (idest, fallaciam inanem philosophiæ, per Hendiadym) secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi (hoc est, mundi vanitatem) Et non secundum Christum. Elementa mundi docent sequi præsentia commoda, fugere incommoda: vivere iuxta sensus prælubia, haud iuxta rationis elementa; qua à stupidis vocantur stupida, & simul studia fatua. Quid enim in hoc mundo stultius, quam amissa non querere, possessa rapientibus relaxare, nullam pro acceptis iniurijs iniuriam reddere, imò adiunctis alijs patientiam

Greg. Mag. præ-

prebere? Gregor. N. lib. 37. in Job, cap. 27. En vera animæ sapientia ex cælesti Christi schola adversus mundi elementa. Hinc itaque qui sic affectus est (subdit Bernard. quò dudum, cap. 7. num. 16.) non est onerosa paupertas. Iste non sentit iniurias, ridet opprobria, contemnit damna, mortem lucrum reputat, imò nec mori se putat; scilicet mors de morte ad vitam transire se sciat. Ridet mundus. Væ qui rideatis, quia sebetis. Alia utique elementa mundi, cuius scientia tor professores habet, quot literis non ad sapientiam utuntur, sed ad luxuriam. Inquit Senec. de Consolat. ad Helviam, cap. 16. & Epist. 93. Minimum est, de quo sollicitissimè agitur.

In terra ducunt animam quacunquè, repuntque. Uti ait Plutarch. de Pietate erga frat. Hæc sanè deducenda, ut ingereretur paulatim Sophia. Satius erat, ista in oblivionem venire, ne quis postea potens diseret, invidereque rei minimè humana. Senec. de Brevit. Vit. cap. 13. Utinam mundi dilectoribus accideret, quod optabat Themistocles. Hinc (refert Cælius Rhodig. Lect. antiq. lib. 20. cap. 10.) quomodo memorem polliceretur Simonides; Oblivionis, inquit, mallem: nam meminere etiam que nolo, oblitisci non possum que volo. Discunt quod melius nescient.

Etiam illud quod scies, nesciveris. Sicut monet Plautus, in Milit. Act. 2. scen. 6. v. 89. Hoc scire quod nescias. Hinc dicere poteris, animo excutiens amentias & errores; quod ille alius apud Plutarch. de Profic. in virt.

Valete falsa insomnia, eratis vos nihil. 24. Subit mentem illud ex Actis Apostol. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosi sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus. Aliqui & non sine fulcro, eò quòd fectum à Rabbinis, Salomonem instituisse verba enigmatica, quise damones expellerentur (de quo Delirius, lib. 1. Disquis. magic. cap. 5. & Pined. de Rebus. Salomon. lib. 7. cap. 12. num. 6. hincque Iudai miracula Servatoris N. calumniabantur dicentes: In Bethzabab, principe dæmoniorum ejicit dæmonia.) asserunt, libros hos fuisse magicos ac superstitiosos. Hieronym. Præfat. Epist. ad Ephef. Euseb. lib. 3. Demonstr. cap. 8. & Beda, hic. Unde Syrus legit: Multi etiam ex Magis. Aratorque lib. 2. in Acta, v. 668. canit:

Alf alij magicis ponunt incendia libris, Ut mereantur aquas, & vitent ignibus ignes.

In Epheso, huius incendij theatro maximè florebat Magica nota: hinc Adagium, Ephesia grammata, propter notas quibus Dianæ simulacrum scriptum fuerat è celo descendens, de quo egimus in Ephemer. ad d. 13. August. His notis scripta post mortem apparuit pellis insignis magi Epimenidis. Ibid. 19. Ianuar. Mira felicitas indicata notulis iudicabatur. Quare Erasmus Cbilliad. 2. Centur. 8. Adag. 49. inquit: Fuisse autem verba quedam obscura, enigmatibus simillima, neutiquam coherentia, notulas quosdam & voces magicas, quibus utentes in omni negotio victores evaderent, Suidas addit: In Olympijs Milesium quempiam cum Ephesio palestrâ commissum, nihil potuisse in conflictu; quòd is Ephesius in talo Ephesias haberet literas: quòd simulacrum animaversum esset, ademptis literis, Ephesium, qui iam triginta defatigaverat, succubuisse. Nec desunt hodie, qui huiusmodi conflictibus vocibus imponant stultiti. Coram exemplum. In victoria illa insigni, quam toti Ecclesiæ contra Turcas iuxta Salancken, concessit Dominus sub Carolo VI. Imper. inventum Strategij (Vulgò Vifir) indusium à summo usque deorsum ignotis scriptum characteribus, quali his notulis invictus foret, qui illo in conflictu propudiosè succubuit. De more, & ritu hæc grammata scribendi vel in pelliculis proprijs, & quo intuitu; plura diximus, Tom. 2. T. 4. à n. 19. & seqq. Plutarch. lib. 7. Sympos. cap. 5. etiam Ephesijs literis aliam vim tribuit, subdens: Magi iubent eos, qui à dæmonibus vexantur, literas Ephesias referere apud se, & nuncupare. Quam sint, vide apud Erasmus, loc. cit. & Lorin. hic. sine ordine literæ Ephesicæ ad sensum erant: unde ortum adagium inter nostrates, dicentes ad rem non respondentis; Loqui ad Ephesios.

25 Alij, libris intelligenti curiosos de permutatione metallorum, seu de Chalychia, artificiali chrytopæia, de qua vide. Galtruch. in Physic. part. Tract. 2. p. 2. disp. 2. cuius libros comburi iussit etiam Diocletianus in Ægypto, ne auri esset abusus. Ita Ioannes Mariana hic. Alij, libros Astrologicos iudicarios, & genealiacos, qui ex horoscopo natalis cuiusvis, constellatione, ac Astrorum aspectu, divinabant

Quemadmodum

Bernard.

Senec.

Plutarch.

Senec.

Votum Theophrasti

Plaut.

In scientiam mundi memoria ebullit

Plutarch.

Act. 19. 19.

Libri Magici combusti

Luc. 11. 15

Arator.

Que Ephesia literæ

Erasmus.

Ufus vel bita temporibus.

Plutarch.

Libri chrytopæia combusti.

Plutarch.

Plutarch.

Plutarch.

Plutarch.

Plutarch.

Plutarch.

Plutarch.

Plutarch.